

plum templum, id fieri non potest, quin obiter discant, quid significet vox *similes*.

*Sebastiane, quando dico, est nomen neutrum, semper tres casus sunt similes. Vide, quaeso, Dominus est nomen neutrū? Non, Domine. Quare? Us, um, e Jam puer saepius audivit has voces, Nomen, Declinatio, Declina &c. Ubi inceperit conjugare verba, somniabit nomina declinari, verba conjugari.*

Sed pergamus.

*Genera sunt tria:*

*Masculinum,*

*Fœmininum*

*Neutrum.*

Hic obiter discit legere diphthongum *œ* tanquam *e*, & non per duas syllabas *oe*.

*Nomina in us secunda declinationis sunt masculina, ut Dominus.*

*Nomina prima in a sunt fœminina, ut Musa.*

*Nomina secunda in um sunt neutra, ut Templum.*

Jam hoc utcunque capere potest; si minus, aliquot post diebus intelliget.

Sed heus, Vafæe, cave ne puerum oneres articulis, *hic hæc hoc*. Mei ne somniarunt quidem hæctenus quicquam articulorum: tantum prolatis digitis dicunt, *Musa, Musa*; nec nominant aut casus aut numeros; manus ipsa loquitur.

E R.

*er i o um er o }  
i orū is os i is } Faber.*

e ij